



Sancti Hieronymi Stridoniensis Opervm, Tomi ...

In quo ipsi adscripta haec continentur: Commentarii in Iob. Commentarii in Prouerbia Salomonis. Homiliae quatuor Origenis in Canticum canticorum.

Commentarii in omnes Pauli Apostoli Epistolas. Quae omnia ad fidem vetustissimorum exemplarium multis mendis sublatis correcta sunt ... Qui autem horum ...

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1616

Procemivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75132)

IN IOB PROOEMIUM



IOB qui dolens, vel magnus interpretatur, figuram Christi portauit. Amici verò eius figuram hæreticorum tenent, qui sub nomine Christi, Christum blasphemant & impugnant. Heliu verò & Baalam, typum præferunt philosophorum, qui à foris .i. extra fidem positi, insidiantur Ec-

clesiæ Dei. Isti enim pretiosa nomina sibi imponunt, quasi ipsi sint aurum Dei, vel præcipui speculatores eius. Eliphaz enim in Latino Dei mei aurum sonat. Baldad, præcipuus vetusta secreta. Sophar speculator vel buccina. Hi enim elati, pro eo quòd per naturæ bonum, aliqua sapienter prædicabant, apud se iactitantes seueritatem, cum assertores sint mædacij: quia de Christo, non vt diuinitati eius, sed vt iporum impietati competit, sic loquuntur.

תעתיק
בלי
בית

COMMENTARI IN IOB CAPVT I.

IR erat in terra Huz nomine Iob. Et erat vir ille simplex, &c. Huz & Buz filij fuerunt Nachor fratris Abrahæ, filij melche sororis Saræ: de cuius stirpe Iob descendit. Non sicut quidam falsò suspicantur de gente eù fuisse Esau. Nam Eliphaz nascitur de Ada vxore Esau, & regnauit in Theman, vnde etiã Themanites dicti est. Theman, Idumea, Seir, Daroma, Zebora, regio fuit Esau. Habitauit autè Iob vir magnus in terra Huz, quæ interpretatur consiliatrix.

IR erat in terra Huz nomine Iob. Et erat vir ille simplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo. Natiq; sunt ei septem filij & tres filia. Et fuit possessio eius septem millia ouiu, & tria millia camelorum: quingenta quoq; iuga bouum, & quingentæ asina: ac familia multa nimis. Eratq; vir ille magnus inter oēs orientales. Et ibant filij eius & faciebant conuiuia per domos vnusquisque in die suo. Et mittentes vocabat tres sorores suas, vt comederent & biberent cum eis. Cumq; in orbem trássent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: confurgensq; diluculo, offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei & benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus. Quadam autem die cum venissent filij Dei vt assisterent coram Domino: affuit inter eos etiam Satan. Cui dixit Dominus: Vnde venis? Qui respondens ait: Circuui terram, & perambulauit eam. Dixitq; Dominus ad eum: Numquid consideraui seruum meum Iob: quòd non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo? Cui respondens satan ait: Numquid frustra Iob timer Deum? Nonne tu vallaisti eum ac domum eius, vniuersamq; substantiam eius per circumitum? Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad satan: Ecce vniuersa quæ habet in manu tua sunt, tantum in eum ne extendas manum tuam. Egressusque est satan à facie Domini. Cum autem quadam die filij & filia eius comederent & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Iob qui diceret: Boues arabant, & asinae pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus vt nuntiarem tibi. Cumq; adhuc ille loqueretur, venit alter & dixit: Ignis Dei cecidit è celo, & tactas oues puerosq; consumpsit: & effugi

exoraret. Priuilegium verò offerendi primogenitis, vel maxime regibus debebatur: pro excellentia videlicet sapientiæ vel nobilitate generis: Et quia typum Christi Iob ferre diximus, videamus nunc quid terra Huz in Christo significet. Terram hæc, assumptum verum hominem ex Maria intelligimus, quæ ideo filio Dei assumente eam, consiliatrix dicitur, quòd per diuinitatem assumentis habitans in ea thesauri diuinæ sapientiæ & sciëntiæ absconditi: quæ sibi ita indissolubili cõnexione cõiungit, vt ipse in trinitate vnus sit filius Dei. Septe verò filij, septiforme Spiritus S. gratia: & tres filie, legem, & prophetiam, & Euangelium nobis videtur significare. Oues plebem Christi, propter innocentiam, quæ in baptismo sordes peccatorum deposuerint nominat. In camelis verò, gentium prauitatem, cum oneribus criminu & tortuosis sensibus ad Christum venientium ostendit. In bobus qui munda animalia sunt, Iudeorum plebem. In asinis verò immundum pecus, gentium populum demonstrat. Vnde Esaias ait: *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.* scilicet quòd natiuitate Christi in carne, & Iudæi ex parte, & gentes agnouerint, & in præsepi altaris domini, quasi munda animalia per baptismu accesserint, fortè ad hoc respicit illud Euangelij: *Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.* In iugo Iudeos in asino, ad què onus magis pertinet, gètes vt supra diximus significauit. Magnus dicitur Christus inter omnes orientales, secundum illud: *Vixit te Deus Deus tuus oleo letitiæ præ confortibus tuis.* Numerus verò animalium in septem & tribus millibus, atq; in quingentis, sacratus est. Nam septem, iuxta auctoritatem scripturarũ, plenitudinẽ quandam facti mysterij significant, vt ibi. Septem spiritus, septem candelabra, septem Ecclesiæ. In tribus verò millibus, anima & corpus & spiritus, vel triformis doctrina sciëntia, in Scripturis sanctis, siue

exoraret. Priuilegium verò offerendi primogenitis, vel maxime regibus debebatur: pro excellentia videlicet sapientiæ vel nobilitate generis: Et quia typum Christi Iob ferre diximus, videamus nunc quid terra Huz in Christo significet. Terram hæc, assumptum verum hominem ex Maria intelligimus, quæ ideo filio Dei assumente eam, consiliatrix dicitur, quòd per diuinitatem assumentis habitans in ea thesauri diuinæ sapientiæ & sciëntiæ absconditi: quæ sibi ita indissolubili cõnexione cõiungit, vt ipse in trinitate vnus sit filius Dei. Septe verò filij, septiforme Spiritus S. gratia: & tres filie, legem, & prophetiam, & Euangelium nobis videtur significare. Oues plebem Christi, propter innocentiam, quæ in baptismo sordes peccatorum deposuerint nominat. In camelis verò, gentium prauitatem, cum oneribus criminu & tortuosis sensibus ad Christum venientium ostendit. In bobus qui munda animalia sunt, Iudeorum plebem. In asinis verò immundum pecus, gentium populum demonstrat. Vnde Esaias ait: *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.* scilicet quòd natiuitate Christi in carne, & Iudæi ex parte, & gentes agnouerint, & in præsepi altaris domini, quasi munda animalia per baptismu accesserint, fortè ad hoc respicit illud Euangelij: *Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.* In iugo Iudeos in asino, ad què onus magis pertinet, gètes vt supra diximus significauit. Magnus dicitur Christus inter omnes orientales, secundum illud: *Vixit te Deus Deus tuus oleo letitiæ præ confortibus tuis.* Numerus verò animalium in septem & tribus millibus, atq; in quingentis, sacratus est. Nam septem, iuxta auctoritatem scripturarũ, plenitudinẽ quandam facti mysterij significant, vt ibi. Septem spiritus, septem candelabra, septem Ecclesiæ. In tribus verò millibus, anima & corpus & spiritus, vel triformis doctrina sciëntia, in Scripturis sanctis, siue

sacramentum beatæ trinitatis potest intelligi: pro eo quòd omnis multitudo credentium, trium dierum viam ambulans, ad perfectionẽ æternitatis desiderat peruenire. *Quingenti*

H

Esai. a

Matt. 11.

Psal. 44.

Apos. r. d

Sed & Elchana, qui interpretatur possessio Dei, pater sanctissimi Samuelis propheta, vir vnus appellatur: non enim per diuersa mobilitas atq; instabilis ferebatur, sed firmus atque inconcusus persistens, vir vnus erat, & ierisco in monte Ephraim fructifero morabatur. In alta scilicet contèplatione virtutu, vt à nullis subiacentibus & circūlatantibus vitiorum agitationibus, mentis eius sublimitas deijceretur, vel vnitas scinderetur. Proinde hic vir magnus atq; egregius Iob, in terra Huz habitasse perhibetur, quæ consiliatrix interpretatur. Non enim terra carnis eius, animum ipsius superabat, sed imperantis animi consilio, cuncta faciebat: vnde & ipse ait: *Pepigi factus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidẽ de virgine.* Hoc ergo consiliu & pactum quondam sibi inuicem inierunt, homo eius interior & exterior: vt terra, id est, caro eius, obediendo fieret consiliatrix spiritui, ne in ea dominaretur iniquitas. Et quia vir iuxta diuinum testimonium simplex erat, habitans in domo quatuor his pollebat virtutibus, prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia.

^b Offerebat holocausta per singulos, &c. Pro filijs suis, quos ita regebat, vt non tam pro præsentibus criminibus, quam pro occultis in corde peccatis, quæ hominum quoque fugere nouitiam possunt, diuinam clementiã, affiduis sacrificijs

Hieron. Tom. 8.

A

genti

HON
7.8.